In nomine domini amen

Ad perpetuam rei memoriam Cum ad autoritatem dignitatem
que principum pertineat bonos fideles obedientes que favore et gracia subiectos prosequi In protervientes vero rebelles et contumaces pro iuris et equitatis observancia auctoritatem
demerite animadversionis extendere Quicquid autem pro remuneracione consolacione que fidelium bonorum pro que vindicta et disciplina temerariorum decreverint concesse-
rint que Id ut non modo ad presencium sed eciam posterorum memoriam cognicionem que deveniat litteris mandare roborare que consueverunt Proinde Nos Sigismundus dei
gracia Rex polonie Magnus dux Lituanie Necnon terrarum Crac. Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie prussie ac Culmen Elbingen pomeranie que dominus et
heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia attentis fidelibus serviciis Nobilis Andree
Croczowskii de Conopnicza Aulici nostri fidelis dilecti que nobis et reipublice durante presenti expedicione bellica contra hostem nostrum palatinum Moldavie instituta
et mota exhibuit proinde que supplicacione ipsius permoti sibi et successoribus suis legittimis de certa sciencia et gracia Regiis nostris ac de consilio Consiliariorum
nostrorum Bona providorum Bartholomei polkon videlicet partem advocacie in Opido nostro Wielun similiter alteram partem quam tenent Consules et Carnifices
ac Sutores ibidem in obligacione ab advocatis hereditariis alias ipsam advocaciam totam Wielunen Et omnium aliorum quorumcunque eiusdem advocate et bonorum trestrium possessorum
qui non interfuerunt nec satisfecerunt bello in Moldavia ad nostram regiam disposicionem donacionem que faciendam iure communi Regni nostri devoluta prefato Andree
Croczowskij dandam et concedendam duximus damus que donamus et concedimus presentibus in perpetuum decernens bona ipsa quibus prefatum Bartholomeum
polkon Et alios Cives eiusdem advocacie devitarios privavimus et causa prescripta privamus presentibus per ipsum Andream et suos legittimos successores cum
omnibus et singulis bonis agris cultis et incultis tabernis Ortis pratis pascuis domibus horreis areis allodiis seminibus segetibus frumentis rivis gurgi-
tibus piscinis vivariis et earum dentassionibus piscibus stagnis Molendinis quibuscumque et eorum emolimentis apibus alvearibus mellificiis et melle exinde
proveniente Borris silvis gajis rubetis querceti(s) mericis angariis laboribus et honoribus Balneis brasseatoriis et braxatoriis Et generaliter cum omnibus et
singulis censibus fructibus proventibus et obvencionibus que nunc inibi sunt et quacunque industria humana inveniri excogitari que possunt nihil penitus
excipien(do) cum omni iure dominio et proprietate tenen(dum) haben(dum) pacifice possiden(dum) et illis utifruen(dum) dandum donan(dum) et nostro successorum que nostrorum accedente
consensu vendend(um) alienan(dum) commutand(um) resignan(dum) Et in suos successorum que suorum usus beneplacitos convertend(um) tenore presencium mediante in perpetuum
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Act(um) Leopoli feria tercia proxima post festum undecim millium virginum Anno domini
Millesimo quingentesimo nono Regni vero nostri Anno tercio Presentibus ibidem Reverendo in cristo patribus ac Magnificis Venerabilibus et generosis
Mathia Episcopo premislien(si) et regni nostri vicecancellario Spitkone de Jaroslaw Castellano Cracovien(si) Nicolao de Camieniecz palatino et Capitaneo
Cracovien(si) et Exercituum regni poloni(e) Campiductore generali Nicolao Gardzina de Lubrancz Calissien(si) Jaroslao de Lasko Lancicien(si) Nicolao Firlei de
Dambrowicza Lublinen(si) Et Stanislao Kmitha de Wisschnicze Russie generali Palatinis Joanne Zaramba de Calniowa Poznanien(si) Nicolao de Schy[illegible]
[illegible] Joanne Coadiutore gneznen(si) et Regni polonie Cancellario de Lasko [illegible]
[illegible]



In nomine domini amen

Ad perpetuam rei memoriam Cum ad auctoritatem dignitatem
q[ue] principum pertineat bonos fideles obedientes q[ue] favore et gracia subiectos prosequi In protervientes vero rebelles et contumaces pro iuris et equitatis observancia auctoritatem
demerite animadversionis extendere Quicquid autem pro remuneracione consolacione q[ue] fidelium bonorum pro q[ue] vindicta et disciplina temerariorum decreverint concesse-
rint q[ue] Id ut non modo ad presencium sed eciam posterorum memoriam cognicionem q[ue] deveniat l[itte]ris mandare roborare q[ue] consueverunt Proinde nos Sigismundus dei
gracia Rex polonie Magnus dux Lituanie necnon terrarum Crac Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Russie prussie ac Culmen Elbingen pomeranie q[ue] dominus et
heres &c Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quia attentis fidelibus serviciis Nobilis Andree
Croczowskij de Conopnicza Aulici nostri fidelis dilecti que nobis et reipublice durante presenti expedicione bellica contra hostem nostrum palatinum Moldavie instituta
et mota exhibuit proinde q[ue] supplicacione ipsius permoti sibi et successoribus suis legittimis de certa sciencia et gracia Regiis nostris ac de consilio Consiliariorum
nostrorum Bona providorum Bartholomei polkon videlicet partem advocacie in Opido nostro Wielun similiter alteram partem quam tenent Consules et Carnifices
ac Sutores ibidem in obligacione ab advocatis hereditariis al[ia]s ipsam advocaciam totam Wielunen Et omniu[m] aliorum quorumcunq[ue] eiusd[em] advo[cati]e et bonoru[m] terrestrium possessoru[m]
q[ui] in non interfuerunt nec satisfecerunt bello in Moldavia ad nostram regiam disposicionem donacionem q[ue] faciendam iure communi Regni nostri devoluta prefato Andree
Croczowskj dandam et concedendam duximus damus q[ue] donamus et concedimus presentibus in perpetuum decernens bona ipsa quibus prefatum Bartholomeum
polkon Et alios Cives eiusd[em] advocacie tenutarios privavimus et causa prescripta privamus p[rese]ntibus per ipsum Andream et suos legittimos successores cum
omnibus et singulis bonis agris cultis et incultis tabernis Ortis pratis pascuis domibus horreis areis Allodiis seminibus segetibus frumentis rivis gurgi-
tibus piscinis vivariis et earum demissionibus piscibus stagnis Molendinis quibuscunq[ue] et eorum emolimentis apibus alvearis mellificiis et melle exinde
provenientibus borris silvis gaiis rubetis querceti[s] mericis angariis laboribus et honoribus Balneis brasseatoriis et braxatoriis Et generaliter cum omnibus et
singulis censibus fructibus proventibus et obvencionibus que nunc inibi sunt et quacunq[ue] industria humana inveniri excogitari q[ue] possunt nihil penitus
excipien[do] cum omni iure dominio et proprietate tenen[dum] haben[dum] pacifice possiden[dum] et illis utifruen[dum] dandum donan[dum] et nostro successorum q[ue] nostroru[m] accedente
consensu vendend[um] alienan[dum] commutand[um] resignan[dum] Et in suos successorum q[ue] suorum usus beneplacitos converten[dum] tenore presencium mediante in perpetuum
In cuius rei testimonium sigillum nostrum p[rese]ntibus est appensum Act Leopoli feria tercia proxima post festum undecim millium virginum Anno domini
Millesimo quingentesimo nono Regni vero nostri Anno tercio Presentibus ibid[em] Reveren[dis] in Cristo patribus ac Magnificis Venerabilibus et generosis
Mathia Episcopo premislien et regni nostri Vicecancellario Spithkone de Jaroslaw Castellano Cracovien Nicolao de Camieniecz palatino et Capita[neo]
Cracovien et Exercituum regni poloni[e] Campiductore generali Nicolao gardzina de Lubrancz Calissien Jaroslao de Lassko Lancicien Nicolao ffirlei de
dambrowicza Lublinen Et Stanislao Kmitha de Wisschnicze Russie generali Palatinis Joanne Zaramba de Calinowa Poznanien Nicolao de Schi-
dlowiecz Radomien Castellanis Joanne Coadiutore gneznen et Regni polonie Cancellario de Lassko Cristofero de Schidlowiecz Succamerario
Cracovien Joanne Lathalskj Cracovien et gneznen Ecclesiarum preposito Petro Thomigkj Archidiacono Joanne podlodowskj Canonico Cracovien
Et aliis quam plurimis fidedignis ad premissa testibus dat per manus eiusd[em] Reveren[di] patris domini Joannis Coadiutoris gneznen et regni
polonie Cancellarii de Lassko sincere nobis dilecti:·

+ Johannes gnesn[ensis] Coadiutor regni Cancellarius



Z.6.

Immunis [illegible] aliquos pro[illegible]
no expedition ad bellum Moldavien.

1509

Tarzonsk

1509

48 nro

Donatio advocatie Nobili Andree Kro
czowsky f S R Mtem

[illegible]

Zygmunta I, z roku 1509, we Lwowie. –

1902. a. 265.